Sigismundus Dei gratia Rex polonie Magnus dux Litvanie Russie prussie qz dominus et heres etc.
Significamus tenore presentium quibus expedit universis harum noticiam habituris. Quia posteaqz nobis divina gratia ac omnium subditorum nrorum assensu
cura Reipublice Regni nri comissa sit, opere precium est ut plus Reipublice qz privato comodo demus operam, Quapropter volentes condicionem opidi nostri Wye:
liczka facere meliorem, Preconsuli et consulibus eiusdem opidi Wieliczka terciam partem Advocatie in ipo opido Wieliczka de manibus Venerabilis Petri Wapowski
decani Cracovien devote nobis dilecti, redimere de certa sciencia et singulari benignitate Regiis nris consenciendum et admittendum duximus, consentimus qz et ad:
mittimus presentibus litteris nostris, Ita tamen q summe pecuniarum in dicta Advocatia iuste et legitime inscripte per hanc exemptionem tercie partis Advocatie
non augeantur per ipos preconsulem et consules terciam partem eiusdem Advocatie, cum omnibus et singulis fructibus utilitatibus, redditibus, iuribus pertinenciis
et attinenciis, ats iuxta vim tenorem et continenciam litterarum privilegii originalis, in et super dictam Advocatiam iuste et legitime concessi, tenendum habend
utifruendum pacifice et quiete possidendum usqz ad exemptionem per nos et successores nros faciendam, Que facta possessio tercie partis Advocatie predicte ad nos et
successores nros devolvetur [illegible] pleno, iuribus nris semper salvis hac condicione et caucione interposita q tametsi Macella carnium cum omnibus eorum attinenciis
ad ipam Advocatiam a primeva sui origine et fundacione pertineant, tamen ipsi opidani nobis in hoc morem gerere et gratiam pro isto beneficio, q scilicet eis hanc Ad:
vocatie partem favere non negaverimus, referre volentes, ipa omnia macella carnium possessa et deserta constructa et construenda, cum toto eorum censu, iure, dominio
et proprietate nihil penitus sibi reservantes post sex annorum sese immediate sequentium decursum, a tempore quo eiusdem tercie partis Advocatie possessionem re:
alem et actualem assecuti fuerint, resignare libere qz et sine mora dimittere nobis in manus nras vel procuratores nri debebunt dimittentqz et resignabunt perpe:
tuo habenda et possidenda, Sed intra cursum temporis Sexennii integri omnes fructus, omnes census, omnes qz proventus preconsul et consules prediti pro necessitate
et usu opidi illius Wieliczka, in toto et in parte accipient percipient et convertent, usqz ut diximus ad sex annorum decursum se continue et immediate sequentium
et resignationem eorundem macellorum, iuxta ordinationem suprascriptam nobis faciendam, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum, Datum
Cracovie Sabbato post festum Circumcisionis domini, Anno eiusdem Millesimo quingentesimo duodecimo Regni vero nostri quinto

Cristoforus de S. cast.
Sand. et R. p. vicecan.

Relatio Magnifici Christofori de Schidlowiecz castellani Sandomirien Et
R. polonie vicecancellarii Siradien qz Bochnen Costinen etc Capitanei

Consensus super emptionem Advocatiae a Vaporosky

Scriptum eam

Habetur in donato fol 107.

ibi Cantella de Marcellis ... [illegible]
... redacta, sed ... posterius
privilegium in ... [illegible]

1512

No. 41

Nullius Valoris

No 21 Visum
Consensus super Advocatia p. Wapon[?]ki
R[?]
A1512
P. sl

103.